

2409. II

8.1

Clarissimo Consultissimo Viro

DN. GEORGIO  
VOLSCHOVIO,  
Patricio Gryphiswaldensi

Civi Academico Gryphiswaldi, Rostocchij, Vite-  
berge, Lipsiae, & Jenae,

Cum J. U. Licentiatus 7. Septembris,  
M. DC. XXXII. Gryphiswaldi.

In hyperoo Curiæ Forensis publicè  
& solenniter renunciaretur

Ab

Amplissimo Clarissimo Excellentissimo Spectabilis  
V I R O

DN. FRIDERICO GERSCHOVIO,  
Jcto, Consiliario Ducali, Antecessore Ordinario,  
Ampliss. Facultatis Juridicæ Decano & Seniore,  
in Consistorio Provinciali Ecclesiastico Assessore

& Judicij directore

In rebus Dei sicut una salus. loco, horis, die, mense et anno, ut supra. L. c. cr. j.  
Honores collatos gratulantur, & ijs  
benè precantur

A M I C I :

---

GRYPHISWALDIAE,

Typis heredum Jobannis Albini, Anno 1632.



GEORGIUS VOLSCOVIVS

*avazcap.*

HOC USU GLORIOSUS VIGE.

**I**nclita quam meruit virtus, tua Gloria: Sancto  
usu, Georgi, GLORIOSUS HOC VIGE.

Quod animitus v.

LAURENTIUS LUDENIUS D.

---

**F**Ecundos non T E calices fecisse dissertum  
VOLSCHOVI! monstrant Themata bella satis.  
Illa etenim bifidi pervasta Volumina Juris  
Volvisse assiduā nocte dieq; manu  
TE, sat testantur. Grata inde LICENTIA frontem  
Dum cingit FELIX terq; quaterq; precor.

*Ità desiderium amicissimi Domini Adfinis  
Commensalis, inter occupationes pl.  
adimplere voluit*

R U D O L P H U S Hagemeister/  
J. U. D. & Professor.

IN

IN HONOREM LICENTIAE

*Prastantissimi Viri*

DN. GEORGII VOLSCHOVII,  
Gryphiswald. Pomer.

**G**andeo Syderibus studium fulsisse benignis  
Usq; adeò, ut Musæ digna brabeja ferant.  
Fata Coronato aspirent benè cœpta labori :  
Et veniat titulis mollier aura tuis.

*Affinis suo unicè amando Gratua-  
latur.*

*MICHAEL STOPPEL, D.*

**V**OLOSCHOVI Astrææ Phœnix, sanæq; themistos,  
*Cultor, jam famæ carbasa pande tuæ.*  
Et quo tu dignus nomen, titulumq; capeſſe  
Splendidiusq; tuis, querere perge Deus.

*Honoris & boni ominis  
ergo appof.*

*JOHANNES SCHONERUS, Phil. &  
Med. D. Profes. Publ.*

**H**æc tibi ab abrupto properantur carmina ductu ;  
Etsi animus tecum vixerit usq; meus.  
Carmina non animum metiuntur ; plura silentur ;  
Quamque fert oculis chartula nostra tuis.

*Eperi-*

*Experiare velim, tibi sed dum occasio fertur;  
Vota tibi aeterno sacra decore voco.*

Raptissimè cum moris tum honoris gratia suo Amico,  
Concibo, ac olim commanipuloni animitus di-  
lecto de novis Licentiaꝝ honoribus sic gratula-  
batur.

SIGISMUNDUS GRASSUS,  
J. II. L.

---

Mortuus est magnus tuus iste Sororius? heu! est.  
Fatum Steinwigij ploret ut alma Themis.  
VOLSCHOVI prohibeto quæri lugenda, pares ut  
Steinwigij partes tu reparesq; pares.

*Gratulatus animitus rovebat*  
M. JACOBUS GERSCHOW.

Quartum Præceptum primum ē, promissio coram  
Cui sit facta statim; Vivere posse diu.  
Et sane fieri sic multum & soepe videmus  
Felices fieri, qui coluere Patres.  
In primis horum censu numerare GEORGIA  
Tutem et intentus Matris ad acta tuæ,  
Matris Majoris, quæ Aviæ Tibi nomine grata,  
Munificas Christo præbuit illa manus,  
Templis atq; SCHOLIS, legavit pondera larga,,  
Quæ servare Tibi mens & apertus amor.  
Perge ita felici cursu decurrere, restat  
Doctorem Juris Te vocitare brevi.  
Interea felix collata Licentia vobis  
Sit, felix semper permaneatq; Tibi.

Affini suo & Fautorî honorando cum observantia  
gratulabundus adscripsit.  
M. JOHANNES OLTHOF, Schole  
partic. Gryphis. Rector.

**C**Armina sunt pleno, qui fundunt docta Canistro;  
Ut simul est jussum Musa beata fluat.  
Non mihi tam facilem fontes fecere Camoenam,  
Omnia qui mentis carmine sensa sequar.  
Sensa damus vatum, nullo metienda furore:  
Sed cursu vitae continuanda meæ.  
Scilicet ut proprio, vestro sic loetus honore,  
Gaudeo; quid studio præmia digna feras.  
Et si plura velis (Nam parvis rara quiescit  
Virtus) quid majus, det Deus ipse precor?  
Dum tamen eveniet, quod sit tibi sparta decori,  
Ad pia propensum vota vocabo Deum.

*Ita Amico suo veteri & singulari gratulari  
voluit.*

*Daniel Lange/  
Anclamensis.*

**V**olscovi, Amor Themistos  
Astrææ Amor verende  
Licentiate Clare  
Modò renunciate  
Sic proferente magno  
Doctore Friderico  
GERSCHOVIO, quid istis  
Honoribus, quid istis  
Amoribus, quid istis

Tuis

Solemnibus trophæis  
Tuis ego vovebo ?  
Vovebo Doctor olim  
Pronunciere magnus  
Erotio Themistos,  
Vovebo post maritus  
Pronunciére suavis  
Erotio suavis  
Divæ bonæ Ciprinæ  
Vovebo tot salutis  
Omnes tibi Themistas  
Omnes tibi Cyprinas  
Omnes tibi benignas.

h. e. app.

*Mauritius Bostelmanus,  
Tilsâ Prutenus*



# Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1  
62-002 Suchy Las

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)  
[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)  
tel./fax (0-61) 665 82 72  
tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**

**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance  
and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**